Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35272
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten



Hiezabel filiam mechabaal re
gis sidonior et abiit et seruiuit
baal et adorauit eum et posuit
aram baal quam edificauerat in sa
maria et plantauit lucum et ad
didit achab more suo irritare
dominum deum israel super omnes reges israel
qui fuerunt ante eum In diebus eius
edificauit achiel de bethel iericho
in habiron primitiuo suo fundauit
eam et in segub nouissimo suo
posuit portas eius iuxta verbum
domini quod locutus fuerat in manu
iosue filii nun Capitulum VVII

Et dixit helias thesbites de
habitatoribus galaad ad achab
viuit dominus deus israel cuius sto
sto si erit annis hiis ros et pluuia
nisi iuxta oris mei verba et factum
est verbum domini ad eum dicens Vade
hinc et uade contra orientem et
abscondere iuxta torrentem carith que
est iordanem et ibi de torrente
bibes torrisque precepi pascant
te ibi abiit igitur et fecit iuxta verbum
domini quique abiisset sedit iuxta torren
te carith quae est iordanem
corui quoque deferebant panes carnes
mane similiter panes et carnes
uespere et bibebat de torrente
porro aliquanto fluentum
est torrens non enim pluerat
super terram factum est autem sermo domini
ad eum dicens Surge et uade in
sarepta sidonis et manebis
ibi precepi enim ibi mulieri uidue
ut pascat te Surrexit et abiit
in sarepta cumque uenisset ad por
tam ciuitatis appropinquauit ei mulier
uidua colligens lignum et uo
cauit eam dixitque ei Da mihi pau
lulum aquae in uase ut bibam
cumque illa properet ut afferret clama
uit porro eius dicens Affer
quaeso mihi obsecro et buccellam
panis in manu tua Cui ait respon
dit Viuit dominus deus tuus quia
non est panis nisi quantum pu
gillus capere potest farinae in hydria
et paululum olei in lecythio ecce
colligo duo ligna ut ingrediar
et faciam illud mihi et filio meo
ut comedamus et moriamur Ad quem
helias ait noli timere sed
uade et fac sicut dixisti Verum
tamen mihi fac primum de ipsa fa
rinula subcinericium panem par
uulum et affer ad me tibi autem et
filio tuo faciet postea Hoc enim
dicit dominus deus israel Hydria farine
non deficiet nec lecythus olei im
minuetur usque in diem qua daturus
est dominus pluuiam super faciem terre Cum
abiisset et fecisset iuxta verbum helie
et comedisset ipse et illa et domus
eius et ex illa die non defecit
hydria farine et lecythus olei
non est imminutus iuxta verbum dei
quod locutus fuerat in manu he
lie factum est autem post haec egro
tauit filius mulieris uxoris fa
milias et erat languor fortissimus
ita ut non remaneret in eo spi
ritus Dixitque ad heliam quid mihi et
tibi uir dei ingressus es ad me
ut recordaretur iniquitatis
meae et interficeres filium me
um Et ait ad eam helias da mihi
filium tuum Cumque eum de sinu il
lius et portasset in cenaculum
ubi ipse manebat et posuisset super
lectum suum et clamasset ad dominum
et dixit domine deus meus etiamne